



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

267. An Regulares virtute suorum privilegiorum possint absolvere à casibus Papalibus, à quibus Episcopus absolvit ratione necessitatis, vel impotentiae adeundi Summum Pontificem? Et infertur ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

ante ingres-
su Religio-
nis in tom. 5.
tr. 2. Ref. 79.

Supr. hoc in
tom. 5. tr. 1.
Ref. 199.

mius, scilicet ab solui à censuris latis specialiter à quocumque alio iudice contra particularem aliquam personam: quia plus semper in se continet quod est minus: prout dicitur in iure *de regul. iuris in 6. reg. 35.* Tum, quia etiam aliquod præiudicium iudici nominatim ferenti censuras inferatur. Pontifex tamen in fauorem animarum, & aliquis piæ causæ potest cum paruo præiudicio alterius, tale concedere priuilegium. Ergo &c. Confirmantur supradicta ex probabili sententia aliquorum asserentium excommunicationem per sententiam particularem ab aliquo Episcopo, posse absolui, si domicilium mutet ab isto Episcopo, vnde Bannius *ubi supra questione 33.* putat valde probabile esse, excommunicatum per particularem alterius Episcopi sententiam, ab Episcopo loci in quo versatus, absolui posse, si sedem in eo sibi stabilem, firmamque delegit; quia tunc ei tanquam superiori subest, hieque in eum vicissim Iurisdictionem, quanta est ad absolutionem necessaria, obtinet, nihil est rationis, quamobrem si hic velit excommunicatum per particularem alterius Episcopi sententiam, reddere Deo Ecclesieque, per absolutionem contractæ ab eo censuræ, non possit: huiusque opinionis sunt Gabr. Valquez *dub. 20. n. 5.* Turrian. *lib. 2. de censur. disp. 15. dub. 5.* Ergo, &c.

5. Locum tamen hæc non habent in eo qui communicat cum excommunicato in crimine criminoso, præbendo ei scilicet fauorem, auxilium, &c. seu in crimine propter quod censuram reus subiit, nam talis à nullo alio potest absolui, quam à conditore Canonis vt est in *c. Nuper 29. de sent. excom.*

RESOL. CCLXVII.

An Regulares virtute suorum priuilegiorum possint absolueri à casibus Papalibus, à quibus Episcopus absoluit ratione necessitatis, vel impotentis aduendi Summum Pontificem?

Et infertur Confessarum vigore Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi, posse quidem commutare vota Castitatis, & Religionis scilicet pœnalia, conditionalia, partialia, temporalia. & in quibus Episcopus iure Ordinario dispensare potest. Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. Resol. 62. aliis 61.

§. 1. **A**ffirmatiuè responderet Pater Pasqualigus in *99. Canon. centur. 2. question. 146. numer. 2. & seqq.* Quia Regulares possunt absolueri virtute Priuilegiorum ab omnibus casibus referuatis, præterquam à contentis in Bulla Cœnæ, & iis, quos Episcopi sibi referuant, & cæteris quinque, de quibus in declaratione, & moderatione, facta 26. Nouembri 1602. circa primum Decretum Clementis Octauæ, auferens Regularibus facultatem absoluedi ab omnibus referuatis. Vnde possunt absolueri ab omnibus casibus Episcopalis referuatis à iure. Deinde casus Papales sunt Episcopales quando indigens absolutione, siue quoad crimina, siue quoad censuras, ratione legitimi impedimenti non potest accedere ad Romanam Curiam pro absolutione obtinenda; tunc enim absolui potest ab Episcopo, vt decernitur in *cap. ea noscitur, de sentent. excommun. & cap. eos, qui eodem tit. in sexto;* & notant Doctores communiter in citat. Text. & alibi.

2. Cum ergo Episcopi possint absolueri, quando legitime impediti non possunt Romanam Sedem adire, duellantes; & à cæteris casibus Papalibus, ita vt in his terminis casus desinant esse Papales, & sunt Episcopales, Regulares quoque poterunt absolueri, cum possint absolueri à casibus Episcopalis à iure referuatis. Et pro hac sententia citat Pasqualigus me ipsum,

2. Sed Ego non sum loquutus in casu quo Episcopus non absoluit ea vrgenti necessitate, vt patet ex *Rel. 50. tr. 6. part. 6.* & ita intelligendus est Sanchez, vt ex ipso patet *de matrimon. lib. 2. disp. 40. num. 9.* aliter non posse Regulares absolueri in casu, quo Episcopus ratione necessitatis, & legitimi impedimenti absolueret. Et idem nouissimè Pellizzarius in *Manuel Regular. tom. 2. tra. 8. cap. 3. sectio. 2. num. 99.* sic ait. Quæres an Regulares possint absolueri à casibus Papalibus, quorum aliis non habent facultatem, si penitens absoluedus iure detineatur impedimento quominus se præsentet Papæ ad recipiendam absolutionem. Respondetur, non posse; cum facultas absoluedi in tali casu iure communi delegetur Episcopo, electa industria personæ, ideòque non extendatur ad alium Episcopo inferiori: vnde non est mirum eam non competere Regularibus, cum tamen iis competat potestas absoluedi ab iis omnibus referuatis, à quibus Episcopi possunt absolueri de iure communi, vt iam non semel dictum est. Ita ille, qui citat Nauarum, & Henriquez, quibus adde Fagundes in *Decretum tom. 1. lib. 2. cap. 45. numer. 15.* sic asserentem: Religiosi habentes priuilegium dispensandi in casibus Episcopalis, minimè possunt dispensare in casibus, qui non iure ordinario, sed ratione vrgentis necessitatis competunt Episcopis; quia hi non dicuntur simpliciter casus Episcopales, sed verè ad Pontificem pertinent, & solum ex quadam iuris interpretatione Episcopis censentur permitti. Hac Fagundes. Vide etiam Quintanaduënas in *Theol. mor. tom. 1. tract. 9. singular. 1. n. 6.* Bardi in *Bullam Cruciatæ, tract. 7. cap. 2. sect. 5. §. 1. 3. num. 136.* Poncium *de matrimon. lib. 8. cap. 10. n. 11.* Layman. *lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 17.* Portel. in *ambis Regul. verb. Potum n. 64.* Castrum Palaum *tom. 3. tract. 15. disp. 2. punct. 12. num. 7.* Trullerch in *Bulla Cruciatæ lib. 1. §. 7. dub. 5. num. 19.* Barbolem *de potestate Episcopi part. 2. allegat 37. num. 14.* & alios ex his inferunt Doctores citati. Confessarum vigore Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi, posse quidem commutare vota Castitatis, & Religionis, in quibus Episcopus iure ordinario dispensare potest, eo quod à perfecta votorum referuaturum ratione ob aliquam adiunctam circumstantiam deficiant, aut quia non est dispensatio, sed commutatio in substantia voti referuati, sed in aliqua eius qualitate seu circumstantia, qualia sunt vota Castitatis, & Religionis; scilicet pœnalia, conditionalia, partialia, temporalia, &c. Non autem posse commutare huiusmodi vota Castitatis, & Religionis, in iis casibus, in quibus solum iure speciali, seu per accidens ob vrgentem necessitatem, & moralem impotentiam aduendi Papam dispensare potest. Ita communiter Doctores. Et ratio est, quia vota Castitatis, & Religionis, in quibus Episcopus ob solam iminentem necessitatem potest dispensare, verè sunt referuata Papæ, & benignitate quadam, ne iugum Christi, & Ecclesie durum videatur, in illis dispensare in casibus necessitatis vrgentis permittitur Episcopis ob prudentiam, solertiam, & industriam personæ quæ in similibus casibus specialiter desideratur: magis enim confidunt Canones, & Papa de prudentia, & industria Episcoporum, quam de industria, & prudentia aliorum Confessorum; & idem in vrgenti necessitate Episcopi, & non aliis Confessariis permittunt dispensationem in votis referuatis, sicut & in Legibus Papalibus. Et ita pro hac sententia, præter Doctores citatos, multos alios adducit Bossius *de Iubilæo, sect. 2. casu 20. num. 26.* Ergo; cum in casu nostræ questionis Episcopi non possint dispensare iure ordinario, sequitur, quod non possint dispensare Regulares virtute Priuilegiorum, quia possunt hoc facere, quando casus ex ordinario solum iurisdictione, vel à iure, vel consuetudine Episco-

po competunt absolute, non vero in iis, qui ratione vrgentis necessitatis. Non est itaque absolute casus Episcopalis exercitium huiusmodi potestatis dispensandi in casu grauissima necessitatis, sed Pontificius; quia Pontifici absolute, & Episcopo secundum quid, seu ratione necessitatis, competit.

3. Non deseram tamen adnotare, nouissimè sententiam Patris Pasqualigi, docete Leandrum à Murcia in *Regulam D. Francisci, cap. 7. §. 2. n. 56.* vbi sic ait: [*En quanto à los dichos votos, quando concurren las circunstancias de necesidad, y imposibilidad, en la persona que hizo el voto de recurrir al Papa, y de urgencia, y causa iusta para la dispensacion, los pueden dispensar los Obispos, es comun de los Doctores, y que quedan reservados à los Obispos por derecho ordinario, se prouea: porque por derecho diuino, si bien subordinado al Summo Pontefice, tiene el Obispo en su Obispado tanta autoridad, como el Papa en toda la Iglesia, como comunmente tienen los Doctores alegados por la quarta conclusion; luego este derecho e ordinario en el Obispo, y la reservacion extraordinaria, y special, y assi boluendo a el este derecho, y cesando por las circunstancias dichas, la reservacion al Papa, no le buelue cosa special, que no nuiesse por derecho diuino; luego si los Sumos Pontifices conceden à los Regulares, que pueden dispensar en todos los votos, que pueden los Obispos, y en los dichos casos, por razon de las dichas circunstancias, pueden dispensar por derecho proprio, y ordinario, por el mismo caso padran lo mismo los Confesores Regulares.] Ita ille. Sed nostra sententia non est deserta, cum sit communis inter Doctores: & idem contra Leandrum Capuccinum Hispanum, oppono alium Leandrum Hispanum Ordinis Discalceatorum Sanctissime Trinitatis, de *Sacr. tom. 2. tr. 9. disp. 2. 4. 9. 22.* vbi, me citato, docet, Regulares posse vi suorum priuilegiorum dispensare in votis, in quibus iure ordinario potest Episcopus, non autem quando potest dispensare in casu vrgentis necessitatis.*

RESOL. CCLXVIII.

An Regulares ex confirmatione priuilegiorum possint hodie absolueri à quibus casibus Papalibus exceptis in Decreto Clem. VIII. & Urbani VIII. ac etiam à casibus Episcopo reservatis: Ex p. 1. c. 11. §. 3. & Misc. 3. Ref. 2. 2.

§. 1. **A**D vtrumque casum affirmatiuè respondet Vidal in *Arca Theologia moralis, titulo de Casibus reservatis. Inquisit. 1. num. 107.* vbi sic ait: Regulares virtute saltem confirmationum priuilegiorum nunc tuta conscientia, & validè absolueri possunt omnes Christi fideles vndeunque venientes ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis quomodocumque sint, siue occulti, siue publici in foro tantum conscientia, præterquam ab his qui continentur in Bulla Cœnæ Domini: Vnde modo facultatem habent absolueri ab illis casibus nominatim referuatis à Clemente VIII. *Non obstantibus priuilegiis.* Et. Probatur nostra assertio: Quia Gregorius XIII. Religioni Societatis Iesu concessit amplissimum priuilegium, vt nulla derogatio sub qualibet forma præiudicet priuilegiis dictæ Societati concessis, si intimata non fuerit, ac dictis Patribus infirmata, & nisi fiat in illa derogatione expressè, & in indiuiduo illorum mentio, vt constat ex Bulla Gregorij XIII. quæ incipit: *Decret Romanum Pontificem,* prope finem: & sic sentiunt Flavius Cherubinus in *compendio Bullarum, tomo 2. constitutione 1. Gregorij XIII. Schol. 2. Marcus Antonius de Amatis, decisione 17. per totam, vbi*

refert priuilegij verba: ergo, &c. Deinde priuilegia Regularium post decretum illud Clementis VIII. limitans facultatem supra aliquos casus Papales, fuerunt nobis vsque modo confirmata ex certa scientia, & plenitudine potestatis à Paulo V. & à Gregorio XV. vt patet; tum ex compendio nostrorum Priuilegiorum, *verb. Confirmatio priuilegiorum §. 3. & 4.* in vltima editione facta à peregrino, tum per confirmationem priuilegiorum factam à Paulo V. Societati Iesu, vt refert Suarez de *legibus lib. 8. capit. 16. num. 2.* in fine; tum etiam per priuilegia à dictis Pontificibus aliis Religiosis confirmata, sed priuilegiorum confirmatio facta ex certa scientia vim habet restituendi priuilegia reuocata à Prædecessore per specialem Bullam: ergo priuilegia Regularium modo per confirmationem sunt quoad omnia redintegrata, & reualidata: cum ergo ante illud decretum Clem. VIII. validè, & licitè virtute priuilegiorum absoluebant Regulares ab omnibus casibus Papalibus, præterquam ab his, qui in Bulla cœnæ continentur, etiam modo eandem facultatem habent. Maior argumenti patet ex supradictis; nempe quod priuilegia alicuius Religionis confirmata ex certa scientia, eo ipso censentur confirmata pro omnibus Religionibus. Minor ergo probatur, quia sic sentiunt Doctores, vt Peyrinus in *Constit. 4. Iulij II. §. 3. numer. 11.* Suarez, *lib. 8. de legibus capit. 19. numer. 4. & 5.* Lezana, *tom. 4. in Summa verb. Priuilegia Regul. numer. 23.* Portel in *Dubio Regular. ver. Priuilegij confirmatio numer. 33.* Rosella, Rodericus, Naldus, & alij apud relatos: ergo. Dicit tamen aliquis; ergo si Regulares ex vi confirmationis priuilegiorum, ex certa scientia, possunt absolueri à casibus Papalibus, non obstante Decreto Clementis VIII. poterunt etiam absolueri à casibus Ordinario loci reservatis, virtute eiusdem confirmationis; cum data fuerit post prædictum Decretum Clementis VIII. sed id nullo modo est affirmandum: ergo neque etiam quod possint absolueri à casibus Papalibus contra Clementis Decretum, æqualiter vtrumque prohibens. Respondere potest quis, quod non obstante Decreto Urbani VIII. quod prohibetur Regularibus facultas absolueri à casibus Ordinario loci reservatis: etiam ex vi confirmationum priuilegiorum valent modo saltem Patres Societatis Iesu, & nos Clerici Regulares Theatini absolueri à casibus Episcopalibus reservatis virtute confirmationum priuilegiorum. Pro intelligentia huius probabilis opinionis aduertendum est; vt probauimus, priuilegia reuocata ex vi confirmationum ex certa scientia, de nouo concedi, viuificari, & innovari: ergo modo non obstantibus Decretis Pontificiis ante præscriptas confirmationes latis, possunt Regulares absolueri ab omnibus casibus reservatis, à quibus ex vi primæ concessionis priuilegiorum poterant. Sed tunc facultatem habebant super casus Episcopales, vt vidimus: ergo etiam nunc, cum ex vi confirmationum fuerint de nouo concessa, & innovata priuilegia illa per Decretum Clementis VIII. reuocata, & derogata saltem quoad facultatis limitationem. Et hæc omnia docet Vidal loco citato.

2. Sed proflus reiicienda sunt, vtpote contra communem sententiam Doctorem, contra stylum & præxim Romanæ Curie, & contra Decreta Clementis VIII. Pauli V. Urbani VIII. quibus nouissimè adde Sanctissimum D. N. Innocentium X. vt patet ex Epistola Sacræ Congregationis directa ad Archiepiscopum Neapolitanum Cardinalem Filomarinum, & tenoris sequentis: [*Eminentissimo, & Reuerendissimo Signor mio Osseruandissimo. Questa Sacra Congregazione hà piu volte dichiarato con ordini espressi di Clemente Ottauo di Gennaio, è Novembre 1602:*

Sup. hoc in §. Ad secundum huius Ref. & supra latissimè in Ref. 23; & in aliis eius primæ not.